AUTHOR:

JORDANUS, JOANNES

TITLE:

INEST IN ALIQUOT PLUTARCHI...

PLACE:

ONOLDI

DATE:

1834

Master Negative #

91-80190-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books        FUL/BIB   NYCG91-B63823          Acquisitions     NYCG-AE
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG91-B63823    RTYP:a    ST:p    FRN:      MS:       EL:          AD:07-09-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?   MOD:      SNR:      ATC:         UD:07-09-91
  CP:nyu      L:lat    INT:?    GPC:?   BIO:?     FIC:?     CON:???
  PC:r      PD:1991/1834        REP:?   CPI:?     FSI:?     ILC:????   MEI:?    II:?
  MMD:      OR:     POL:     DM:      RR:         COL:      EML:       GEN:    BSE:
  040       NNC‡cNNC
  100 10  Jordanus, Joannes.
  245 10  Inest in aliquot Plutarchi vitae Ciceronianae capita commentarius‡h[mi
      croform].
  260 0   Onoldi, ‡bEx Officina Brugeliana, ‡c1834.
  300     32 p.
  LDG     ORIG
  QD      07-09-91
```

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35MM   REDUCTION RATIO: 13 1/2

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 8-16-91   INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT








AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

SOLENNIA ANNIVERSARIA

IN

GYMNASIO REGIO ONOLDINO

D. IV. MENSIS SEPTEMBRIS MDCCCXXXVII.

RITE CELEBRANDA

INDICIT

D. JOANNES JORDANUS,
Professor.

INEST IN ALIQUOT PLUTARCHI VITAE CICERONIANAE CAPITA COMMENTARIUS.

ONOLDI,
EX OFFICINA BRUEGELIANA. 1834

PRAFMONITUM.

Primum huius Commentarii specimen prolusionis scholasticae Ioco quattuor annis abhinc in lucem editum nec sine honorifico Virorum Doctorum plausu et comprobatione acceptum (cf. Annal. Bavaric. anni 1834. p. 332.) nunc alterum subsequatur, dum liber totus, jam paene ultimam expertus limam, quo tanquam duce adjuti discipuli nostrae curae concrediti et dilectissimi ad Plutarchi, auctoris utilissimi et praestantissimi, Vitas cum fructu pariter ac voluptate legendas adducantur, typis exscriptus in publicum evulgetur.

ERRATA OPERARUM.

Pag.	4	lin.	7 lege ὑπὸ.	Pag. 23	lin.	9 βεβιωκέναι.
„	4	„	10 ἐκ pro εκ.	„ 23	„	12 Sallustium.
„	11	„	10 ἐκείνου pro ἐκείνον.	„ 23	„	19 triumphalem pro trumphalem.
„	14	„	7 προςθήκῃ pro προςθήκη.	„ 24	„	6 Sicilia.
„	15	„	2 πολλοὺς pro πολλους.	„ 23	„	25 κατὰ pro κατα.
„	18	„	15 lege: διαπεφευγότες.	„ 26	„	26 ἡμέρᾳ pro ἡμερᾳ.
„	20	„	2 συνερχομένων addi καὶ καταλογιζομένων.	„ 28	„	24 τὸν pro τον.
„	21	„	17 lege: maxima permittitur.	„ 29	„	17 τάχιστα pro τάχστα.
				„ 31	lin.	penultima μέχρι pro μεχρι.

CAPUT VII.

Ἁπτόμενος δὲ τῆς πολιτείας) Quum jam animum ad rempublicam convertisset. *Ἅπτεθαί τινος* est rem attingere, inchoare, ad rem gerendam aggredi, rem tractandam suscipere. Romul. 7. *ἁπτόμενος ἐπινοίᾳ καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας*. Alcibiad. 17. *Σικελίας — ἥπτοντο*. Ibid. 27. *μαλακώτερον ἥπτοντο τοῦ πολέμου*. Coriol. 33. *κατ' ἐπίνοιαν οὐκ ἀθείαστον ἁψαμένη τοῦ συμφέροντος*. Timol. 7. *ὥστε-μηδεμιᾶς ἐτιφανοῦς, μηδὲ πολιτικῆς ἅψασθαι πράξεως*. Aemil. Paul. 1. *ἐμοὶ μὲν τῆς τῶν βίων ἅψασθαι γραφῆς συνέβη δι' ἑτέρους*. Et alias sexcenties. Plura exempla attulit Heldius in Aem. Paul. p. 123. et Reiskius in indice.

Χώραν) ubi eorum cuique suus locus sit h. e. ubi locorum ea conveniat applicari, admoveri, in usum vocari; vel etiam, ubi eorum quodque situm, suspensumve sit in officina, ut facile inveniatur. Reiske. Schirachius cum Kindio vertit: die Oerter, wo sie befestigt würden. Kaltwasserus: ihren Platz — wüssten. Amyot: les lieux, où ils les doivent prendre: cui explicationi Coraius calculum adjicit propter sequentem comparationem: *τὸν τόπον, ἐν ᾧ τῶν γνωρίμων ἕκαστος οἰκεῖ*. Idem suspicatur, Plutarchum *μηδὲ χρείαν* scribere potuisse. Ceterum haec altera Kaltwasseri explicatio videtur simplicior, dubitandumque est, num *χώρα* per se locum, cui adhiberi aliquod instrumentum debeat, sive usum instrumenti significet. De *τόπος* minus dubitaverim.

δύναμιν) quae sint ei vires, quid efficiat. Reiskius.

πολιτῶν) Sic Bryano probante cum Anon. dederunt Reiskius, Hutten., Bart., Wyt-

tenb., Schaefer., Frotscherus, expresseruntque Amyot. et Cruserius pro vulg. *πολιτικῶν*, quod sententiam prorsus enecare censet Bartonus.

ὅθεν οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων εἴθιζε μνημονεύειν αὐτὸν) Sic Barton., Wyttenbachius, Schaeferus, Coraius, Frotscherus e duobus MSS. receperunt, pro vulgari lectione *εἴθιζεν αὐτὸν*, omisso *τῷ μνημονεύειν*, quam Henr. Stephan., Froben., Xylander, Reiskius, Huttenius etc. habent.

Ἐθίζειν τινά τι, ἢ πρός τι, ἢ περί τι adsuefacere aliquem ad aliquid. Luc. in Anachars. *πρὸς τοὺς πόνους τὰ σώματα ἐθίζοντες.* Isocr. in Panath. *τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ἐθίζουσι περὶ τοσαύτας. πραγματείας διατρίβειν.*

καὶ χωρίον, ὃ κέκτηται — ἐγίγνωσκε) Non dubitavi hanc Reiskii conjecturam cum Frotschero recipere pro vulgari, quae omnibus linguae legibus adversatur, *χωρίον, οὗ κεκτ.*, etsi Coraius vulgatam tuetur, *οὗ* pro adverbio *ὅπου* accipiens. *Ἀπὸ κοινοῦ*, inquit, *λαμβανομένου τοῦ, Τόπον, ἔστιν ἡ συνάρτησις, Καὶ τὸν τόπον οὗ* (*τουτέστιν, ὅπου*) *ἕκαστος κέκτηται χωρίον.*

καὶ φίλους) *φίλοις* dat Juntina, in dativo, non male, sed tum quoque *γείτοσιν* sit legendum. Reiske.

μήτε μισθοὺς, μήτε δῶρα προςιέμενος) Quod lege Cincia seu munerali de donis et muneribus „ne quis causas muneribus donisque acceptis ageret“ a Cincio, tribuno plebis, a. u. c. 549. lata, et a Q. Fabio Maximo sene plebi commendata, erat vetitum V. Cic. de Senect. 4. de orat. II, 7.; ad Attic. I, 20.; Tac. Annal. VI, 5.; Liv, XXIV, 4.; Cic. de Petit. Cons. „Haec tu,“ inquit, „plane ab iis postulato, ut quoniam, n u l l a i m p e n s a, per te alii rem honestam, alii salutem et fortunas omnes obtinuerunt, nec aliud ullum tempus futurum sit, ubi tibi referre gratiam possint, hoc te officio remunerent.“

κατὰ Βέῤῥου δίκην) Haec causa omnium longe celeberrima a. u. c. 684. Cn. Pompejo et Crasso Coss. a Cicerone aedile designato acta est. Cf. Cic. Verrin. libb. VII. ed. Zumptius. Berol. 1831. p. 4.

εἷλεν, οὐκ εἰπὼν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τρόπον τινὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν) Pro *ἐξ αὐτοῦ* conjicit Franc. Fabricius in Cic. Historia ad annum XXXVII *ἐξευρὼν* commodius legi posse, sed ab Adr. Turnebo litteris edoctus, *ἐξ αὐτοῦ τρόπον τινὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν* esse: quodammodo abdicata eloquentia, locum intactum reliquit. Locus mihi quidem ita explicandus videtur, ut vocabula ita ordinentur: *εἷλεν, οὐκ εἰπὼν, ἀλλα τρόπον τινὰ ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰτεῖν*, tum, ut praepositio *ἐξ* pro *διὰ* accipiatur et sensus sit: *convicit eum*

non dicendo, sed quodammodo hac ipsa ratione, ut non diceret. Cf. Plut. Themist. c. 29. et ibi Sintenisium, Buttmannum ac Stallbaumium ad Plat. Crit. I. et Baehrium ad Plut. Philopoem. p. 64 etc. Viger. ed. Herm. p. 600. Plerique interpretes, id quod miror, voculas illas, quasi non legantur, vel nihil significent, negligunt.

στρατηγῶν) Quos Plutarchus ait *στρατηγοὺς* Verri gratificatos judicium distulisse, illi nondum magistratum inierant. — Per *στρατηγοὺς* Q. Hortensium et Q. Metellum Coss. et M. Metellum Praetorem voluisse complecti videtur, sed existimasse hunc illos in magistratu fuisse, qui tantum essent designati. Corrad. Quaest. p. 59. Cui prorsus assentior; nam locus de M. Glabrione ceterisque ejusdem anni praetoribus intelligi nullo modo potest. Barton. Hortensius, qui Verris causam agebat, judicium in annum sequentem dilaturus erat, ut magistratus novi longe benevolentiores rem omnem profligarent. M. vero Glabrio, tum praetor, vir justus integerque et ab omni partium studio alienus, nullam Verri spem suppeditabat.

εἰς τὴν ὑστάτην) sc. *ἡμέραν τοῦ ἔτους ἐκείνου.* Quis non hinc colligeret, uno die, eoque anni ultimo, totum hoc de Verre negotium confectum fuisse? Quod longe secus est. Nam ineunte mense Augusto consilium contrahendi judicii cepit Cicero, veritus, ne toti quinque menses usque ad Calend. Januarii negotio non sufficerent. *Nonae sunt hodie Sextiles: hora nona (Zumptius: VIII.) convenire coepistis. Hunc diem jam ne numerant quidem. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus est. Hi ludi dies XV auferent: deinde continuo Romani consequentur. Ita, prope XL diebus interpositis, tum denique se ad ea, quae a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrabantur: deinde se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae: cum his plebejos esse conjunctos, secundum quos aut nulli, aut perpauci dies ad agendum futuri sunt: ita defessa et refrigerata accusatione, rem integram ad M. Metellum praetorem venturam.* In Verrem Act. 1, 10. — *Multis autem diebus, ut Asconius inquit, prima actio celebrata est, dum testes Verris producuntur criminum diversorum, dum recitantur publicae privataeque litterae; quibus rebus adeo stupefactus Hortensius dicitur, ut rationem defensionis omitteret: adeo perculsus Verres, ut abiret in exsilium sua sponte.* Ascon. in Verrem Act. 1, 18.

Fortasse Plutarchus voce *ἡμέρας* pro quovis tempore usus est, qua ratione spatium temporis dies CX complectens dies perexigua dicitur. Act. I. in Verr. 2. Aut *ἡμέρας χρόνος* esse potest tempus *judicii* legitimum, quo sensu vox *ἡμέρα* occurrit apud I. epist. ad Corinthios 4, 3. *ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης*

ἡμέρας. Barton. Cf. Moshemii Erklärung des ersten Briefes an die Corinther. Altona 1741. p. 227.

ἐπικρίνας) Reiskius suspicatur ἀνακρίνας, percontatus, vel, cum interrogasset, examinasset. Quam conjecturam et latinus interpres „interrogatis testibus" et Amyotus „les ayant fait interroger" et Kaltwasserus „hörte die Zeugen ab" comprobarunt. Ἐπικρίνειν enim et a nostro scriptore et ab aliis sensu comprobandi, statuendi, ratum habendi usurpatur. Lycurg. 6. τὴν δ'ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν (γνώμην) ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος, quam (sententiam, rogationem) senatus et reges promulgassent, jus populo erat comprobandi. Ages. 2. ταῦτα μὲν οὖν ἐπικρινεῖς αὐτὸς ἐκ τῆς διηγήσεως, haec vero statues (dijudicabis) ipse ex narratione. Hinc ἐπικρίνας nil aliud significat, quam post auditos testes a Cicerone, quomodo tota causa se haberet, oratione comprehensum esse, id quod hodie quoque ibi fieri videmus, ubi causae publice atque dicendo aguntur. Prius enim, quam judices sententiam ferant, ex omnibus testimoniis atque documentis rei status atque conditio breviter recenseri atque judicibus in memoriam revocari solet. (Es wird ein Resumée der Verhandlungen gegeben und der Thatbestand kurz wiederholt.)

ἐκέλευσε — τοὺς δικαστὰς) Tenuerat Verres ex praetura Siciliam provinciam per triennium, atque in ea fuerat libidinose, avare crudeliterque versatus. Quare cum tandem a. u. c. 688. L. Metellus ei succederet, repetundarum reus a Siculis postulatus est; qui omnes, praeter Syracusanos et Mamertinos, M. Tullium ad accusandum descendere compulerunt, jampridem illis necessitudine copulatum, quod quaestor in Sicilia fuisset, et decedens multa iis benigne promisisset. Suscepto patrocinio Siciliensi, extitit Q. Caecilius Niger, natione Siculus, libertinus et Judaicae religioni obnoxius, ut ait Noster, Verris quaestor, ab eoque subornatus, ut legatis Siculis actionem eriperet, quo facilius res tota reprimeretur, simulans, se potius accusatorem constitui oportere, quod a Verre laesus, jure illi inimicus esset, quod, quippe qui quaestor illius fuisset, omnia ejus crimina sciret, et quod Siculus pro Siculis ageret. Quas fallacias omnes Cicero divinatione, utri, sibi, an Caecilio, liceret accusare, elusit, et primam Verrinam de accusatore constituendo dixit; tum, accusatione ad se delata, cum L. Tullio patruele totam Siciliam colligendis literis in Verrem et denunciandis testimoniis diebus quinquaginta peragravit, et Romam reversus, cum videret, id agi, ut a M. Glabrione praetore, et ab aliis judicibus, qui tunc erant, ad alium annum aliumque praetorem res tota transiret, longa oratione praetermissa, tantummodo testes ad unumquodque crimen citavit

eosque Hortensio, Verris patrono, interrogandos dedit; id quod secunda in Verrem actione factum est, quae praeterea exhortationem continet judicum ad vere judicandum, minis additis in adversarios, omnia tentantes ad corrumpendum judicium. Quo factum est, ut, primo die magno testium numero citato, alter dies amicis Verris et defensoribus non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret, et Hortensius nihil, quod contradiceret, inveniret. Verres convictus sua sponte Massiliam exsulatum abiit, in quo exsilio illum consenuisse, donec a Triumviris post Ciceronis mortem proscriptus perierit, auctor est Senec. in Suas. l. I. Plin. N. H. 4, 2. Lactantius Institt. div. lib. 2, 4. Cf. Middleton tom. l. p. 102. Franc. Fabricius in vita Cic. ad annum 37. Cic. Verrin. ed. Zumpt. p. 52.

Βέῤῥην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν μὴ ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσι) Hanc lectionem Barton., Wyttenbachius, Coraius et Frotscherus ex uno Anon. exhibuerunt, et interpretes Bochius, Amyotus et Kaltwasserus recte secuti sunt, etsi in libris omnibus impressis negatio μή desideratur. Hanc nostram lectionem Moses Solanus quoque comprobat. Rualdus in adnotatione XXIX. longissima atque doctissima τὸ μὴ desiderari quidem ostendit, sed hujus vocis omissionem ipsi Plutarcho, qui sermonis latini imperitior fuerit, vitio vertit.

Καικίλιος) Q. Caecilius Niger, natione Siculus, et Quaestor Verris, contra quem Divinatio seu prima Verrina Ciceronis est, idem esse videtur, quem Plut. in vit. Demosth. c. 3. hominem in omnibus rebus audacem nominat, qui, virium tenuitatis immemor et juvenili arrogantia abreptus, Demosthenis cum Cicerone comparationem ediderit. Cf. Coraius animadv. ad vit. Demosth. c. 3. et Suidas.

ἦν δὲ τῷ Βέῤῥῃ ἀντίπαις υἱός, — ὥρας) Erat Verri filius adultus, quem parum pudice fama tenebat forma uti.

τὴν μὲν εὐθεῖαν sc. ὁδόν, recta via et ratione. Cf. Lamb. Bos ellips. Gr. ed. Schwebel. p. 227.

πλαγίως per ambages, occulte et aenigmatice.

ἐλεφαντίνην Σφίγγα) Sphingem hanc aeneam fuisse dicit Quinctil. Instt. oratt. 6, 3. Plinius ex aere corinthio N. H. 34, 8. Barton.

αἰνιγμάτων λύσεως) Sic Reiskius de suo dedit pro vulg. λύσεων. Bartonus, Wyttenbachius, Huttenius, Schaeferus, Coraius, Frotscherus eandem illam lectionem recte receperunt.

καὶ μὴν) Bryanus inseri vult post hanc vocem ἔφη, non adsentientibus editoribus recentioribus, facile enim τὸ εἶπε ex superioribus huc transfertur.

CAPUT VIII.

ἑβδομήκοντα — διαβαλὴν) LXXV myriades, drachmarum scil., aut denariorum, conficiunt nostri argenti 300,000 florr. At Cicero nunquam litem minoris, quam H. S. quadringenties aestimavit, quod est nostrae pecuniae circiter 4,000,090 florr. (vid. l. act. in Verrem 18.), unde conjicit Rualdus Animad. 30. locum hunc Plutarchi esse corruptum. Sed neque ipsius Ciceronis aestimatio reprehensione caruit; cum enim in Q. Caecilium diceret, H. S. millies (10,000,000 florr.) repetebat (Divinat. 5.), deinde tantum quadringenties (4,000,000 florr.). Ciceronem ita liberat Asconius: *Primum, cum non suo ore, sed Siculorum loquatur accusatorie vociferantium; deinde, si maxime ad eum referenda sunt, quae dicit, adhuc non sit instructus contra Verrem, nec ad plenum noverit causam. Tertio cur aut calumniatoris, aut praevaricatoris personam subeat, cum aliud agatur? Non enim de condemnando Verre, sed de constituendo accusatore confligitur.* — Ascon. in Divin. 5. Alterum accusationis caput memorat, sed non dissolvit idem Asconius. — *Quamvis sestertiûm octingenties dupli nomine exigi usus est, sestertiûm tamen quadringenties tantummodo repetitum est: ad gratiamne Hortensii, an etiam conniventia Ciceronis ipsius, parum comperimus.* Asconius in Verr. Act. l, 18. Barton. Rualdus numerum hunc aut ipsius Plutarchi errore falsum, aut librariorum culpa corruptum censet, et legendum ὀκτακοσίων vel ἐννακοσίων ἑβδομήκοντα πέντε μυριάδων. Myriades LXXV. compendiose et loquendi more Graecis usitato appellat septingena quinquagena millia drachmarum, in quarum singulas quaternos sestertios nummi Romani solet imputare, ut sit ea summa duntaxat H. S. tricies. Quis credat, praevaricari usque adeo et voluisse et potuisse M. Ciceronem, ut septies *vicies* (*tricies* scribere debuit, tribus enim numero quadragenario subductis supersunt septem et *triginta*) prope minoris, quam lex jubebat, litem eam aestimarit? Nam quadringenties H. S. ex Si-

cilia Verres abstulisse accusabatur. Act. l. in Verr. 18. — Repetundarum damnatos poena duplionis vulgo, et major aliquando, manebat, ut ex libris juris manifestum est, et Asconius apertis verbis attestatur. Igitur minimum H. S. octingenties nomine dupli repeti exigique a Verre oportuit, quod orator inter agendum non modo praestitit: sed etiam rapti sesquialterum, i. e. H. S. millies per αὔξησιν palam ac diserte in Divin. 5. flagitavit.

Tricies H. S. nostro numismate sunt 300,000 florr.; *quadringentes* 4,000,000 florr.; *octingentes* 8,000,000 fl.; denique *millies* sunt 10,000,000 florr. Has tam ingentes summas in primam illam tam exiguam Ciceronis conniventia et praevaricatione decrevisse et imminutas esse non sane quisquam sibi persuadere possit. Middleton. tom. l. p. 112. conjicit, summae repetundarum tum simplum tantum, non duplum, ut alias, esse restitutum, ideoque Ciceronem, Plutarcho auctore, in suspicionem litis imminutae adduci potuisse, etsi eum illa ipsa causa maximam et solertiae et probitatis gloriam sibi peperisse constet.

ἐπ' ἀργυρίῳ, pecuniâ acceptâ.

χάριν εἰδότες) χάριν γιγνώσκειν, ἐπίστασθαι, εἰδέναι, ἔχειν habere gratiam, vel gratias; χάριν λέγειν, agere gratias; χάριν ἀποδιδόναι, ἀπονέμειν, ἐκτίνειν, τίνειν, referre, tribuere, reddere gratiam; χάριν ἀπολαμβάνειν, gratiam capere, Dank einernten.

ἀγορανομοῦντος αὐτοῦ) aedile eo, a. u. c. 684, Ciceronis 38. Cf. Fabricius l. l.

ἀπεχρήσατο) ἀποχρῆσθαι, quod alias malo sensu, ut multa verba cum hac praepositione composita, e. g. ἀποτιμάω, ἀπογίγνομαι, ἀπογιγνώσκω, ἀποδοκεῖ, usurpatur, ut sit conficere, consumere, abuti, male uti, h. l. pro simplici χρῆσθαι adhibetur, vel ut significetur, Ciceronem Siculorum munificentia alio modo, ac pro solita hominum agendi ratione par fuerit exspectari, esse usum. Tim. 16. πρὸς κάλλιστον ἔργον ἀπεχρήσατο τῇ σχολῇ. Vid. ib. Heldium.

Ἄρποις) Ciceronis (et C. Marii) patria fuit Arpinum in Campania in agro Volscorum veterum, unde Arpinas dictus est. Arpi autem est urbs Apuliae, in diversa Italiae parte, ut plane huc non quadret. Nisi Arpinum forte Graecis Ἄρποι dictum sit, quod credere est durum. Xyl. In Marco c. 3. recte scribitur Ἀρπίνη. Edd. Angl. itaque scribendum credebant Ἀρπίνοις, quod Frotscherus solus in textum recepit. — Praeter hanc sedem suae familiae propriam Cicero in diversis quidem Italiae regionibus multa — octodecim numerantur a quibusdam scriptoribus — praedia, sed omnium habuit

carissimum *Tusculanum*, quod antea Dictatoris Sullae fuerat. Vid. Middleton. tom. 4. p. 295. squ.

δώδεκα) sc. *δραχμῶν ἢ δηναρίων*. Teste H. Stephano etiam legitur *δέκα*. Sic dat Vulcobius. Illa summa conficit 48,000 fl. nostri argenti.

ἐννέα — μυριάδας) i. e. 36,000 fl.

Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φιλολόγων) Reiskius de suo dedit *φιλολογῶν*, ut sit part. verbi *φιλολογεῖν*; quod ineptum figmentum more suo in textum recepit Huttenius. Frobenius, H. Steph., Xyl., Barton., Wyttenb., Schaeferus, Frotscherus vulgarem lectionem recte tuentur.

σπάνιον, εἴ ποτε, πρὸ δ. ἡ. κ.) Recte sic interpungunt Schaeferus et Frotscherus.

διὰ τὸ σῶμα τῷ στομάχῳ μοχθηρῶς διακείμενον) Valetudinis causa ob stomachi imbecillitatem, vel adversa corporis valetudine propter stomachum. Coraius phrasin hanc resolvit: *Ὡς διὰ τὸ σῶμα, ὃ διέκειτο μοχθηρῶς κατὰ τὸν στόμαχον*, vel: *Ὡς διὰ τὸ σῶμα τοῦ στομάχου μοχθηρῶς διακειμένου*. *Διακεῖσθαι* simpliciter dictum est, conditione aliqua uti sive fortunarum, sive corporis, sive animi. *Τῷ στομάχῳ* hoc loco dativus causalis est, neque a verbo *διακεῖσθαι* pendet. Propter stomachum, stomachi vitio Cicero corporis adversa valetudine usus est. *Διακεῖσθαι* ita simpliciter legitur apud Nostrum Eum. 7. *κακῶς διακείμενος καὶ δυσθανατῶν*. Ages. 19. *ὑπὸ τραυμάτων πολλῶν κακῶς τὸ σῶμα διακείμενος*. Alex. 41. *πάνυ πρᾴως ἐν ἀρχῇ ταῦτα διέκειτο*. Saepissime autem, quum de animi sensis atque studiis *διακεῖσθαι* usurpatur, additur sive res, sive persona, ad quam illa pertineant. Ita dicitur *διακεῖσθαί τινι, πρός τινα, παρά τινι*, plerumque adjectivo aliquo apposito, et animo aliquo affectum esse, bene vel male cupere, animatum esse, significat. Cf. Marcell. 29. *ὡς ἔνι μάλιστα ταῖς δόξαις ἑλληνικῶς διακείμενοι καὶ πρᾴως πρὸς τὰ θεῖα*, ut qui maxime cum Graecis et pie de diis sentirent. Lucull. 9. *εὐθαρσῶς πρὸς τὸν κίνδυνον διακείμενοι*. Sert. 6. *ἔθνη, πρὸς ὅλην κακῶς διακείμενα ἡγεμονίαν*.

Οἰκίαν — Παλάτιον) Avita *Ciceronum domus* (quam Noster vocat *πατρῴαν*) a P. Victore ponitur in regione urbis quarta, quae Templum Pacis dicitur, proxime domum Pompeji; at *Ciceronis domus* in regione decima, quae et Palatium dicitur, juxta domum Q. Catuli et aedem Diiovis. Vid. Hist. Aug. ed. H. Steph. Vol. II. pag. 617. Catilina eum inquilinum appellavit, quod in aedibus conductis habitaret. Appian. Bell. Civ. II, 2. Sed domum in Palatio de M. Crasso emerat post consulatum suum. Epist. Fam. 5, 6. Barton.

παρεχώρησεν — ᾤκει) altero verbo res semel acta, altera durans indicatur. Matth. Gr. Gr. §. 497.

Πομπήϊος — πολιτεία) „Et ipse quoque Ciceronem observabat Pompejus, multumque Ciceronis actiones Pompeji potentiam et gloriam auxere.“ Hic Plutarchus imprimis orationem Ciceronis pro lege Manilia, ut Pompejo bellum cum Mithridate gerendum demandaretur, videtur spectare.

CAPUT IX.

Στρατηγίαν — ἀνηγορεύθη) Anno u. c. 687. a. Chr. n. 67. M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coss. quaestioni de pecuniis repetundis praefuit Cicero, ut ipse pro Rabirio, pro Cornelio et pro Cluentio confitetur. Notandum est praeterea, munerum publicorum nomina in iis fuisse, quibus quasi nominibus propriis utentes articulum saepissime omitterent. Cato Min. 8, 20, 30, 31, 42, 46. Flam. 2. Brut. 15. Mar. 5, 8, 28. Caes. 13. Pomp. 47. et saepius. Vid. Held. Aemil. et Timol. p. 138. Interdum tamen his nominibus articulus additur. Aem. 10. Crass. 12.

πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη) Plurima igitur illi suffragia contigerunt.

τὰς κρίσεις — βραβεῦσαι) Judicia Cicero caste integreque exercere visus est.

Μάκερ) Hunc Macrum, C. Licinii Calvi oratoris patrem, diligentem fuisse patronum memorat Cic. in Bruto 67. Scripsit etiam historiarum libros, ut constat e Censorin. de die nat. 20. et Aur. Victore de Orig. gent. Rom. Quae sunt apud Valer. Max. 9, 12, 7. de hoc judicio, pugnant cum epist. ad Att. 1, 4, ut notat Cl. Middleton Vol. I. p. 132. Barton. Valerius enim Maximus refert, C. Licinium Macrum, repetundarum reum, cum M. Ciceronem, qui id judicium cogeret, praetextam ponentem vidisset, misisse ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum periisse; nec sua bona hastae posse subjici, ac protinus sudario, quod forte in manu haberet, ore et faucibus coartatis, incluso spiritu, poenam morte praecurrisse. Qua cognita re Ciceronem nihil de eo pronunciasse. Igitur illustris ingenii oratorem (C. Licinium Calvum) et ab inopia rei familiaris, et a crimine domesticae damnationis inusitato pa-

terni fati genere vindicatum esse. Cic. l. l. ad Atticum: Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus: cui quum aequi fuissemus, tamen multo majorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. —

κείρασθαί τε τὴν κεφαλὴν — προϊέναι) Rei enim vestibus sordidis induti, barba promissa et capillis intonsis atque incultis in publicum prodire solebant, quo magis miserationem spectantium moverent. Nunc, quia vicisset, omnia illa doloris signa abolevit Macer. Ceterum de vi et usu verbi medii vid. Buttm. §. 135. Matth. §. 491 — 493. Th. §. 288. Rost. §. 113 et 114.

περὶ τὴν αὔλειον sc. *θύραν*, apud januam, qua in vestibulum vel atrium aditus patebat.

κατακλιθεὶς) Sic omnes, quos inspexi, libri impressi; Bodl. 3. *κατακλινείς*.

δόξαν ἤνεγκεν, cujus rei Cic. ipse loco laudato ad Attic. l, 4. meminit.

ἐν ταῖς συνηγορίαις, causarum patronus.

χοιράς, scrophulae, strumae; tumor, in quo subtus concretae quaedam ex pure et sanguine quasi glandulae oriuntur. Cels. 5, 28; Germanice: Kropfgeschwulst.

Οὐατίνιος) P. Vatinius, anno u. c. 707. a. Ch. n. 47. Consul creatus, ex Ciceronis in ipsum habita oratione non de optima nota pervulgatus est. Ejus hominis, cujus strumae, cujus odium, cujus consulatus in proverbium abierunt, mores optime depinxit Seneca de Const. Sap. 17. „Vatinium," inquit, „hominem natum et ad risum et ad odium, scurram fuisse venustum et dicacem, memoriae proditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat, et in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat, quam morbos, et inprimis Ciceronis urbanitatem effugit. Hoc potuit duritia oris, qui assiduis conviciis depudere didicerat." Bart. Cf. Catull. epigr. 14, 3; 54, 2. Cic. Att 2, 9.

βουλευομένου) *βουλεύεσθαι* secum reputare, haesitare.

εἶπεν) Sic Henr. Steph. et Mos. Solanus cum Anon. dari voluerunt, recteque dederunt Reiskius, Wyttenb., Hutten., Coraius, Schaeferus, Frotscherus pro vulg. *εἰπεῖν*.

οὐκ ἔχω — τράχηλον) Crassa cervix inverecundiae argumentum. Sic apud Senec. Rhet. Excerpt. Controv. 3. Intueri quis essem, qui tam crassas cervices haberem, et Plut. in Mario 29. *οὐχ οὕτω πλατὺν ἔφη φορεῖν τὸν τράχηλον, ὡς προαποφαίνεσθαι καθάπαξ εἰς πρᾶγμα τηλικοῦτον.* Barton. Apud nos contra et Romanos homo impudens et temerarius frontis durae et ferreae vel exsanguis dicitur. Plin. Paneg. c. 35.

Μανίλιον) C. Manilius, tribunus plebis, legem senatui invisam de bello contra Mithridatem Pompejo M. demandando tulerat, quam rem Cic. ipse in oratione pro lege Manilia suasit. V. Plut. v. Pomp. 30.

δοκῶν) In praecedentibus edd. non haberi participium istud, sine quo, aut alio quopiam hujus modi, stare sententia non possit, Henr. Steph. docet. Deest quidem in Ald. et Crat., at datur a Juntina. — Verbum *ἐλαύνεσθαι*, Xyl. adnotat, se non videre, quam commode legatur. Hutten. Sed locus facillimus explicatu. *Ἐλαύνεσθαι* est agitari, sollicitari, vexari, premi. Plebs Manilio favebat, quum ob Pompeji amicitiam atque studium in jus vocari atque ab adversariis urgeri videretur.

ἐκεῖνον) pro *αὐτοῦ* redit ad Pompejum. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 471. Plut. Flam. 71. Timol. 10. ibique Heldium. *Ἐκεῖνος*, ut Latinorum *ille*, non semper ad id refertur, quod grammatice, quod dicunt, et loco remotum est, sed ad id, quod longius abest menti et cogitationi scribentis. Eadem est ratio pronominis *ille*. Cf. Liv. 22, 39. Erras enim, L. Paulle, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Hannibale, futurum censes. Nescio, an infestior *hic* adversarius, quam *ille* hostis maneat. Ubi *hic* ad Terentium, qui cum Paullo adhuc in urbe versatur, *ille* ad Hannibalem, licet proxime procedentem, tamen longe in Apulia absentem atque oculis mentique auctoris remotiorem, refertur.

ἡμέρας) Hanc lect. e Juntina Reiskius revocavit et comma pone *αὐτοῦ* posuit. Quam lect. et Wyttenb., Schaeferus, Coraius, Frotscherus tuentur. Vulgo *ἡμέραν αὐτοῦ μίαν, ὁ Κικ. μόνην κ. τ. λ.*

αὐτὸν διαγαγόντων ἐπὶ τὸ βῆμα, καλούντων καὶ κατηγορούντων) Mosi Solano hic locus non satis sanus videtur. Legere jubet *ἐγκαλούντων πολλῶν*. Nec Xylandro placuit. Reiskius suspicatur: *τῶν δὲ δημάρχων αὐτὸν διὰ ταχέων ἐπὶ τὸ βῆμα καλούντων, καὶ φενακισμοῦ κατηγορούντων.* Mihi quidem ratio M. Solani magis, quam Reiskii arridet. Certo locus, ut legitur, multa habet inexpedita. Offendit primo tribunos praetorem a tribunali ad rostra duxisse, tum particula quaedam ante *καλούντων* desideratur. Fortasse tribuni Tullium ad rostra ducebant, ut statim se purgaret ob violatam ab ipso consuetudinem ab aliis praetoribus semper observatam. Certe inter *βῆμα* et *καλούντων* particula *καὶ* inserenda esset, quae ipsa a sequenti *καλούντων* facile absorberi potuit.

Frotscherus, fortasse auctoritate Wyttenbachii motus, adnotantis, *καλούντων* abesse in Cod. Cardinalis Rodolffi, nec nisi variam lectionem antecedentis *διαγαγόντων* esse

videri, *τὸ καλούντων* expunxit, quod et Coraius valere jussit, et pro *διαγαγόντων* legit *ἀγαγόντων*. In eadem lectione amplectenda antecesserat Frotscherum Schaeferus.

ταῦτα) Moses Solan. vult *ταὐτά*. Quod equidem haud necesse puto. Non enim eandem temporis dilationem dierum decem et quod excurrit Cicero, diebus tribus post a magistratu abiturus, promittere potuit, at, se ea, quam reliquis reis exhibuisset, humanitate atque benignitate esse usurum. Neque quisquam ex recentioribus praeter Coraium vulgatam lectionem repudiavit.

στρατηγῶν et *ἄρχων)* hic significari praetorem, non est, quod moneam.

βουλομένου) Sic Bart. cum Anon. idem Reisk., Hutten., Schaefer., Frotscher., non improbante M. Solano, dederunt pro vulg. *βουλομένων*. Bodl. 3, Junt., Ald., Crat., Froben. *βουλομένῳ*.

ἐξ ὑπαρχῆς) ex tempore, in procinctu, nulla meditatione usus, *ἐξ ἐπιδρομῆς*. V. Anton. 80. Sin sensu vulgari *ἐ. ὑ.* denuo, de integro, ut alias, accipias, cum praecedente *πάλιν* exstiterit pleonasmus. Tamen fieri potest, ut hic quoque *ἐξ ὑπαρχῆς* sensu vulgari accipiatur, praesertim, quum in vocabulo *πάλιν* Graeci pleonasmum adeo non reformident, ut saepissime *πάλιν αὖ*, interdum etiam *αὖ πάλιν* inter se jungant. Cf. Timol. 23. *Συρακουσίων δεομένων — γενέσθαι πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς οἰκίστας*. Camill. 33. *φασὶ τοὺς Λατίνους — ὡς ἀληθῶς ἀναμίξασθαι τὰ γένη πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς*. Xeonoph. Cyrop. VII, 2, 23. *νῦν δ᾽ αὖ πάλιν ὑπό τε πλέτε κ. τ. λ.* Hom. Il. XVI, 395.

Τῶν Πομπηΐῳ) Reisk. mavult. *τῷ*.

CAPUT X.

ἐπὶ δὲ τὴν ὑπατείαν — προήχθη) Cicero a. u. c. 689. in annum sequentem consul creatus est. V. Franc. Fabricii hist. Cic. ad hunc annum.

διὰ τὴν πόλιν) Has voces, quae Mosi Solano eliminandae videntur, Reiskius per *διὰ τὴν πολιτείαν* explicat, quam a Sylla constitutam Cicero servatum, Catilina convulsum ibat. Alii *ob rei publicae salutem* recte interpretantur.

ὑπὸ Σύλλα) Genit. doricus. Sic Froben., Coraius, Schaefer., Frotscher.; alii *ὑπὸ Σύλλᾳ*, ut Henr. Steph., Xyl., Wyttenb., Reisk., Huttenius. Illa lectio significat conversionem reipubl. status, quae *a* Sylla, haec, quae *sub* Sulla facta est.

κατάστασιν ἔχειν) Vid. supra c. 3. medio, infra 35. med. *ἀκμὴν τοῦ λόγου καὶ κατάστασιν λαβόντος*.

βασιλεῦσιν ἐν Πόντῳ καὶ Ἀρμενίᾳ) Mithridatem, regem Ponti, et Tigranem, regem Armeniae, Plutarchus significat.

Λεύκιον Κατιλίναν) Luc. Serg. Catilina anno priore in Africa praetor fuerat et tunc Romam rediit, ut consulatum peteret. Sed repetundarum accusato senatus petitionem interdixit, qua re ille adeo est acerbatus, ut hominibus nefariis, rerum novarum cupidis, se ducem adjungeret. V. Appiani Bell. Civ. II. 2. seqq. Sallust. Catil.

αἰτίαν λαμβάνειν) vel *ἔχειν* — in crimen vocari, accusari.

κτεῖναι δ᾽ ἀδελφὸν αὐτοῦ) Appianus in bell. civ. II, 2. memorat Catilinam Aureliae Orestillae amore captum vel suum ipsius filium sustulisse, ut quae ipsi, dum filium haberet, nubere noluerit.

ἄλλας τε πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν, καὶ κ. ἀ.) *cum aliis* modis inter se fidem sanxerunt, *tum* hominis mactati carne gustata. Cf. Hoogeveen. de particulis p. 40.

Καταθύσαντες ἄνθρωπον) Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. — Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est Sall. B. C. 22.

προξενεῖν) sum hospes civitatis publicus; auctor sum, comparo.

ἀπόστασιν) Bodl. 3. *ἀποστασίαν*.

Ἡ ἐντός Ἄλπεων Γαλατία) Gallia cisalpina, quae Pado amne in Galliam cispadanam et transpadanam dispescitur.

ῥοπῆς) v. supra c. 5. in fine.

τὰ πράγματα sc. *κοινά*, ut apud Romanos *res* pro *res publica* ponitur.

ἐκστῆσαι) Sic Schaeferus et Frotscherus recte dederunt, quod jam Reiskius maluit pro vulg. *ἐκστῆναι*. Cf. Marcelli cum Pelopid. compar. *ἐξιστὰς τὸν λογισμὸν ἐνθουσιασμὸς* fervor mentem de gradu movens. Phoc. 2. *οὐ μένει νοῦς τοῖς κακῶς πράξασιν, ἀλλ᾽ ἐξίσταται*, non manet mens infortunio oppressis, sed recedit.

CAPUT XI.

οὐ μὴν ἀλλὰ) ***Nihilo minus, atqui, verum tamen.*** Cf. Hartung de Particulis ll, 48. Sensus: Licet tanta esset infirmitate res publica, ut vix per se stare, et a quocunque tanquam levis praeda auferri posset, tamen Catilina multo majora, quam res postularent, subsidia ad rempublicam evertendam sibi comparare studens, consulatum ambibat.

ὡς συνυπατεύσων) vid. supra c. ll. init.

προςθήκη — ἐσομένῳ) Vulgati et Hutten. habent *προςθήκην — ἐσομένου*, haud commodo sensu. Bart., Wyttenb., Coraius, Schaferus, Frotscherus, duobus MSS. Vulcob. et Anon. confisi, mutarunt lectionem. Recte. *προςθήκη* additio, additamentum, accessio, appendix. Sic Antonius (vit. c. 62. init.) *προςθήκη τῆς γυναικὸς* (*Κλεοπάτρας*) vocatur. Infra c. XX. *μᾶλλον ἂν ἐκεῖνοι γένοιντο προςθήκη Καίσαρι*, illi magis Caesari accessionem ad salutem essent. Ceterum gen. *δυνάμεως* per transpositionem dependet a *προςθήκῃ*. Cf. supr. c. lV. *μετανεγκάμενος τὸν βίον.*

ταῦτα δὴ) *δή* hic usurpatur, ut supra c. 5. init. particula *οὖν* ad interrupta orationis membra copulanda et lectorem redire jubet ad caput X. init. V. Hom. Il. Vll., 155. Schaef. ad Dionys. de compos. p. 314. Cf. Hartung de Partic. l, 261, 6.

καίτοι — γεγονώς) Mos. Solanus corrigere vult in *ἱππικοῦ μὲν πατρὸς, οὐ βουλευτοῦ δὲ γεγονώς*. Cicero solus candidatorum dignitatem senatoriam in familiam primus invexerat: caeteri etiam, qui non essent patricii, patribus tamen senatoribus nati erant. Hujus loci sensum optime declarant verba Asconii: ***„Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit; duos patricios, P. Sulp. Galbam, L. Serg. Catilinam: quatuor plebejos, ex quibus duo nobiles, L. Cassium Longinum: duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero equestri erat loco natus.“*** Ergo solus erat homo novus Cicero. Barton.

CAPUT XII.

τους πολλους) vid. supra c. 5. initio.

προαγῶνες) Sic recte Coraius et Frotscherus dederunt pro vulg. *προάγωνες*. Vid. adnot. Coraii ad h. l. Henr. Steph. Thes. I, 100. Passovii Lex. Gr. ed. lVta ll. p. 711.

οἱ κεκωλυμένοι — ἄρχειν) Illi, qui per leges Cornelias ab honoribus petendis arcebantur. Proscriptorum filii, de quibus Cic. ipse orationem habuit. Vid. Epistt. ad Atticum ll, 1. Plin. Vll, 30. Xyl. Dictator Sulla non solum inimicos suos proscripsit, sed eorum etiam filios paternis opibus exclusos petendorum honorum jure lege prohibuit. Auctores sunt Plut. in Sulla, Vell. Paterc. ll, 28. et Dionys. Hal. l. 8., qui addit, illis etiam aditum in senatum obstructum fuisse. Itaque petentibus illis, ut, lege Cornelia abrogata, capessendorum honorum sibi potestas fieret, Cicero consul restitit. v. Quintil. 11, 1, 85. et Cic. in Pisonem c. 2.: „Ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea conditione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis nulla senatus mala gratia comitiorum ratione privavi. Hinc Plinius Ciceronem appellans: „Te orante, inquit, proscriptorum liberos honores petere puduit.“

πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν) Eandem in republ. viam popularem secuti, aut eadem Syllanae tyrannidis criminatione freti. Sic ipse Cicero lll. de lege agr. 2. „Marianus, tribunus plebis, qui nos Syllanos in invidiam rapit.“ Ibid. 3. „Video, vos commoveri orationis impudentia — quae ejusmodi causa insimulare quemquam audeat, rationes Syllae nimis vehementer defendere.“ Barton.

φυγάδας ἐκβάλλειν) Hae duae voculae idem valent, quod simplex *φυγαδεύειν*, in exsilium mittere, auctore Coraio, quocum facit anonym. Lips. adnotans: „Reiskius putabat post *φυγάδας* excidisse *κατάγειν*. Male. Nam sensus hic est: *ἐκβάλλειν* (*αὐτοὺς*) *ὥστε φυγάδας γενέσθαι.*“

Auctor hujus legis agrariae patribus admodum molestae atque infestae P. Servilius Rullus, tribunus plebis, fuit, quam Cicero tribus de lege agraria orationibus, quae etiamnunc, etsi non integrae, supersunt, impugnans id effecit, ut Rullus consilium legis

ferendae abjiceret. Sententia ejus fere haec fuit, ut Decemviri creati summaque potestate ornati agros omnes publicos extra Italiam, quibusdam in Africa exceptis, venderent; in Italia vero silvas et possessiones omnes publicas quinque millibus colonorum dividerent; omnibusque agris publicis vectigal imponerent; ut iidem agros privatos publicare, publicos liberare possent, quaeque ex praeda, manubiis, auro coronario redacta pecunia esset, ea agros in Italia emerent plebi Romanae dividendos. Hanc legem Cicero in senatu, inito consulatu, Cal. Jan. praesente Rullo dissuasit prima oratione. Sed cum Rullus non abjiceret legis ferendae consilium, ad alteram orationem eodem die habendam, comitante senatu, in concionem populi adscendit, qua legem populo, aerario, reipublicae universae perniciosam minimeque popularem esse ostendit. Rullus nihil contra dicere ausus, consulem absentem apud populum criminatus est. Quod quum Cicero audisset, advocata concione, tertiam orationem habuit Rullumque legis ferendae consilium abjicere coëgit.

Ταμείον) Coraius dat *ταμιείον*, quae forma est usitatior. Cf. Lobeck. Phryn. p. 493. Jac. Aen. Tat. p. 946. *τῷ νόμῳ προςεῖχον ἄλλοι*, legi favebant alii v. supr. c. III. et IV. med.

ώς — γενησόμενος) Wyttenb. *γενησόμενοι* maluit. v. supr. c. II.

ὑπὸ πλήθους δανείων) propter magnitudinem aeris alieni.

καὶ τοῦτο) Reiske et Hutt. sine necessitate *τοῦτον* dederunt, ut redeat ad Antonium; sed praestat vulg. *τοῦτο*, ut *huic malo mederetur*.

Μακεδονίαν) Macedoniam, commercio Orientis divitem, Antonio sine sorte concessit Cicero; sibique accepit Galliam, quam provinciam mox in concione deposuit, Metello cedendam; cf. Cic. ad Div. V, 2. et in Pison. 2. „Ego,“ inquit, „provinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio communicavi (commutavi fortasse rectius), quod ita existimabam, tempora rei publicae ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano.“

τὰ δεύτερα λέγειν) secundas partes agere. vid. supra c. V. med.

τοὺς καινοτομοῦντας) Rullum cum suis. Cf. supr. c. 2. fine.

τοὺς εἰσφέροντας eundem Rullum, auctorem legis agrariae ferendae cum sua factione. Cf. quae supra hac de re adnotavimus.

παρὰ τοσοῦτον, tanto, usque adeo, ut *παρὰ μικρὸν* paene. Cf. Viger. de Idiotism. p. 648.

CAPUT XIII.

δεῖγμα — γενόμενον) Indicat ejus in dicendo suavitatem et id, quod eo consule circa spectacula accidit. *Περί τι* inservit saepe genitivo circumscribendo. Cf. c. 14. *ἡ δὲ περὶ τὸν Κατιλίναν συνωμοσία.* Eodem modo usurpatur a Nostro *ὑπέρ*. Cf. Vit. Ant. 73. *Καῖσαρ δὲ τοὺς μὲν ὑπὲρ Ἀντωνίου λόγους ἠνέσχετο*, Caesar rejecit Antonii postulata. Pari modo *κατά*. Cf. infra c. 17. init. *ἐν τοῖς κατὰ Σύλλαν χρόνοις*.

ἐπὶ τιμῇ cf. supra c. 2. honoris causa.

Μάρκος Ὄθων στρατηγῶν) Imo L. Roscius Otho, tribunus plebis, ut recte Xyl. docet, et ex Cic. orat. pro Murena 19. patet. Est ergo *στρατηγεῖν* sensu laxiori pro quovis magistratu, nisi quis erratum a Plutarcho vel a librario dicat, ut *στρατηγῶν* pro *δημαρχῶν* sit positum. — Quaeri potest, cur Cicerone maxime consule tumultus oriretur de hac Othonis lege, cum, quo tempore ferretur, (Pisone et Glabrione Coss. quadriennio ante Ciceronem. V. Dio. Cass. 36, 25.) plebs eam non modo accepit, sed etiam efflagitavit, ut scribit Cic. fragm. pro Corn. 1. Respondeo, interfuisse tribunorum et Catilinae, ut ordinem equestrem, summum Ciceronis contra eos praesidium, plebi invisum redderent. Barton. — Illa lex Roscii a. u. c. 686. lata quatuordecim gradus in theatro proximos post patricios assignavit, in quibus equites spectarent, plebe exclusa. Hinc formulae: *sedere in quatuordecim*, vel *in equestribus*, vel *spectare in equite* i. e. *equitem esse*. Praeter illam sedem in theatro secretam alia insignia erant equitibus v. c. equus publice datus, annulus aureus et angustus clavus, seu tunica angusticlavia. Cf. Adami Antiquitates Rom. tom. I. p. 44. edit. altera Erl. 1805. Nieupoortii Comp. Antiquitt. Rom. Trajecti ad Rhenum 1723. 8. p. 40. Hoffmanns Alterthumswissenschaft. Lips. 1835. p. 505.

τοῦτο πρὸς ἀτιμίαν ὁ δῆμος ἔλαβε) σχεδὸν ὥςπερ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ, Τὸ ἔλαβε (ἢ Τὸ ἐπῆρεν) εἰς ἀτιμίαν. Coraius. Accipere ad contumeliam. Terent. Adelph. 4, 3, 15. Dies nahm das Volk für eine Beschimpfung an. Bodl. 3. et Vulcob. *πρὸς ἀτιμίας* legunt.

ἐκ δὲ τούτου — λοιδορίαις) Duae lectiones in unam confusae sunt: altera, *ἐκ δὲ τούτου ἐτράποντο πρὸς λοιδορίας ἀλλήλων*, altera, *ἐκ δὲ τούτου πρὸς ἀλλήλους ἐχρῶντο*

λοιδορίαις. Wyttenb. V. supra c. IV. *τῶν ἀπὸ Ῥώμης φίλων γραφόντων.* Nisi forte *τραπόμενοι* absolute dictum accipis. Sie erhoben sich desshalb gegen einander und gebrauchten Schimpfwörter. Sie geriethen mit Schimpfwörtern an einander. Propterea infesti in se invicem conversi contumeliis utebantur.

Ἐνυοῦς ἱερόν) Bellonae templum extra urbem, ubi senatui evocato ex provinciis reversi proconsules et propraetores res a se gestas exponebant, et donec triumphum egissent, imperium, lege de ea re ad populum lata, retinebant et interea *ad urbem* esse dicebantur. Liv. 38, 44; 39, 4; 45, 35; Cic. ad Attic. 4, 16; 7, 16.

ἐπετίμησε) Qua id fecit oratione subitanea, ea postea publici juris facta tanquam opus sui generis absolutissimum omnibus fuit admirationi; itaque dolendum est, eam praeter fragmentum parvum a Macrobio Saturn. l. 2. c. 10. servatum interiisse. Sunt, qui putent, Virgili comparationem Aen. 1, 148 seqq., pulcherrimam ad orationem illam alludere.

CAPUT XIV.

διαπεφυκότες) Non dubitavi, Coraii et Frotscheri exemplum secutus, hanc Wyttenbachii conjecturam pro vulg. lectione *διαπεφευγότες* recipere. *Διαπεφευγότες* enim, Wyttenbachius contendit, nullo modo de Syllae veteranis in agrorum possessione collocatis dici posse et *διαπεφυκότες* explicat, *qui per totam Italiam se insinuassent, radices egissent*, simili loco allato e Dione p. 963. A, ubi de Philisto dicitur: *οὗτος μὲν οὖν εὐθὺς κατελθὼν διεπεφύκει τῆς τυραννίδος.* Reiskius conjicit *διαπεφοιτηκότες.*

οἱ Σύλλα πάλαι στρατιῶται, veteres Syllani milites.

ὀνειροπολοῦντες) ὀνειροπολέω in somniorum interpretatione versor, somnium cerno de aliqua re, somnio. V. Comp. Timol. et Aem. c. 2. *μοναρχίας ὀρέγεσθαι καὶ βασιλείαν τινὰ λακωνικὴν ὀνειροπολεῖν Δίωνα ὑπενόουν*, autumabant Dionem dominatum affectasse et regnum quoddam somniasse Laconicum. Alcib. 13. *Ἀλκιβιάδης δὲ Καρχηδόνα καὶ Λιβύην ὀνειροπολῶν*, Alcibiades vero Carthaginem somnians et Africam.

ἐδόκει δὲ — φάσμασι) Vid. Cic. in Cat. 3, 8. de Div. 1, 17. Dion. lib. XXXVII. et Julium Obsequentem de prodigiis. Barton. *μηνύσεις* indicia.

μανικὴν ἀπόκρισιν) Posterius habet Anon. et Cod. MS. Mosc. Vulg. *ὑπόκρισιν.* Alter Codex MS. loco *μαλακήν* habet *μανικήν*, quod responsioni Catilinae perquam durae et acerbae conveniat. Plat. Charmid. statim ab initio: *ἅτε καὶ μανικὸς ὤν*, velut insanus esset. Lucian. (de hist. scrib. *ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος.* Isocr. ad Demonic. 4. *Μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν*, neque petulantem risum ama, neque audacem orationem proba: nam alterum stultitiae est, alterum insaniae. Et Noster ipse in vita Pyrrhi 22. *τὴν ἀνδρείαν φορὰς μανικὰς* dicit. Ergo non fuit, quod Reiskius illud vocabulum rei conveniens ut insolitum repudiaret, et voci *μαλακήν* de suo praeponeret *οὐ*, quod vulgo deest. Dictum Catilinae exstat pro Murena. 25. „Itaque postridie," inquit Cicero, „frequenti senatu Catilinam excitavi, atque eum de iis rebus jussi, si quid vellet, quae ad me allatae essent, dicere; atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit, atque induit. Tum enim dixit, duo corpora esse reipublicae, unum debile, infirmo capite, alterum firmum, sine capite: huic, quum ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum." Ceterum, etsi Cicero, ut testis praesens, majorem, quam Plutarchus, fidem postulare possit, tamen se facere non posse, quin Catilinae apud Plut. verba veri similiora inveniat, quam insulsa apud Ciceronem Wielandius (Briefe Cic. 1, p. 71. seqq.) censor severior et superciliosior judicat, quamquam nihil admodum insulsi verbis, ut apud Ciceronem leguntur, inesse videtur, sed bene inter se hae duae narrationes convenire videntur.

τί γάρ) exprimit indignationem atque asperitatem animi; pari modo Romani particulam interrogativam *quidnam, quid enim* usurpant. Cf. Hartung de part. II, 487.

παραλύσας — τοῦ χιτῶνος) Cf. Aemil. Paul. 32, 6. *τῆς ἐσθῆτος διασχών.*

Σιλανὸν — Μουρήναν) Decius Junius Silanus et L. Licinius Murena in annum u. c. 692. et a. Ch. n. 62. consules creati sunt. V. Dio. Cass. 37, 29. Murena a Catone quidem ambitus accusatus, sed a Cicerone oratione, quae adhuc exstat, defensus est.

CAPUT XV.

τούτων) Bryanus mavult *στρατιωτῶν* et post *συνερχομενων* addi *καὶ καταλοχιζομένων*. Rectius Frotscherus post *τούτων* virgulam ponit, ita ut ab *ὕστερον* dependeat, et *πραγμάτων* subaudiendum sit.

περὶ μέσας νύκτας) Mirum videri possit, a Plutarcho hic et infra c. 31. fine plur. num. usurpari pro singulari. Sed jam Homerus *νύκτες* saepius pro singulari usurpat, ut Il. X, 432. *νύκτας τε καὶ ἦμαρ*. Sic et *μέσαι νύκτες* et *ἐν μέσῳ νυκτῶν* inveniuntur. Cf. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 310. D. Proprie horas vel singulas noctis partes, vel vigilias *αἱ νύκτες* significant. Cf. Passow.

ἐπεγεῖραι) Junt., Ald. et Crat. *ἀπεγεῖραι*. Reiskius quaerit, an voluerit Juntina *ἀνεγεῖραι*? —

Κράσσῳ μίαν ἀδέσποτον) epistolam sine nomine. Sallustius, qui Crassum (Cat. 48. 49.) purgare multis verbis conatur, indicii ab eo ad Ciceronem delati non meminit. Sed Plutarch. in Crasso c. 13. (v. ed. Hutten. Tom. III. p. 421.) Ciceronem ipsum testem advocat. *Ἐν τῷ περὶ ὑπατείας* (commentarium intelligit de consulatu suo graece scriptum vid. ad Atticum I, 19; 2, 1.) *ὁ Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐπιστολὴν κομίζοντα περὶ τοῦ Κατιλίνα*. Ubi Corradus legisse videtur *παρὰ τοῦ Κατιλίνα*, interpretatur certe, ***a Catilina missam***, et falso colligit, Plutarchum a se ipsum dissentire, quum in Cicerone vocet *ἀδέσποτον*. Corr. Quaest. p. 146. Barton.

καί τι τῆς αἰτίας ἀπολυόμενος) quod Solanus suadet pro *ἀποδυόμενος* et Frotscherus cum Coraio recepit. Reiskius dedit *καί τι καὶ τῆς αἰτίας ἀπολυσόμενος*, quem suo more secutus est Huttenius. Barton., Wyttenb., Schaef. tuentur vulgatam. Cf. v. Aristid. 13. fine. *ἀπολύσαθαι τὰς αἰτίας*, diluere crimina. V. Anton. 73. *Κλεοπάτρα ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑπονοίας*. Ibid. c. 78. fin. *συντομώτερον ἐλπίζων ἀπολυθήσεσθαι*.

ἀιωρούμενος) *ἀιωρεῖσθαι* sursum tolli, versari, vagari. Proprie de navibus occurrit hoc verbum, quae in alto mari sursum tolluntur vel jactantur, id hoc loco, ut alias, ad exercitum transfertur, qui in terra quasi in maris aequore huc illuc vagans atque commeans, quasi jactatur. Cf. Vit. Lycurg. 5. med. *αἰωρουμένη ἡ πολιτεία*, instabilis reipublicae forma. V. Num. 11. med. *ἡ γῆ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένη*. Anton. 28.

init. *αἰωρουμένης δὲ παρθικῆς στρατιᾶς περὶ τὴν Μεσοποταμίαν*. Ibid. 77. Pelop. 29. *ἐπῃωρεῖτο τῷ πολέμῳ*. Pomp. 10. init. *αἰωρουμένου καὶ Κάρβωνος αὐτόθι ναυτικῷ*. Ibid. 17. init. *ἐπῃωρεῖτο Ῥωμαίοις φοβερός*. Alex. 33. *συνεπαιωρεῖσθαι*. Philop. 16. init. *τηλικούτοις αἰωρουμένων στρατοπέδοις*. Cf. ibid. Baehrium.

παρακατίθεσθαι permittere, commendare, tradere. Cf. Anton. 35. fine *τοὺς παῖδας αὐτῷ παρακαταθέμενος*.

Post *ὡς ἐπίστανται* Reiskio abesse videtur *ἄριστα*, pro optima eorum arte fideque, nach ihrem besten Wissen und Gewissen. Wyttenbachius conjicit: *ὡς ἐπιστάτας*, vel *ὡς ἐμπιστεύτους*, vel *ὡς πιστότατα*, vel *ὡς ἐπιμελέστατα*. Sed recte Coraius nihil movendum et *ἐπίστασθαι* idem significare docet, quod *δύνασθαι*, itaque probe redditum esse locum ab interprete Gallico: „Ainsi que mieux ils pourroint et sauroient faire,“ et ab Italo: „come più sapeano.“ cf. Passow. sub voce *ἐπίσταμαι*.

τοῦτο οὐ πολλάκις) Caesar de B. C. 1, 5. vocat illud „extremum atque ultimum Senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis, latorum audacia nunquam ante discessum est: Dent operam consules, ne quid res publica detrimenti capiat.“ V. Sallust. c. 29. „Ea potestas per Senatum, more Romano, magisratui maxum apermittitur: exercitum parare, bellum gerere, domi militiaeque imperium atque judicium summum habere; aliter, sine populi jussu, nulli earum rerum consuli jus est.“

CAPUT XVI.

Ταύτην λαβὼν ἐξουσίαν) hanc fere dictatoriam nactus potestatem.

διεπίστευσε) Sic Junt., Ald., Crat., Henr. Steph., Froben., Barton., Schaeferus. Xyl., Reisk., Hutten., Wyttenb., Bryan., Frotscherus *διεπίστευε*. Illa prior lectio anteferenda videtur, quoniam semel Metello res externas mandavit; illa reliqua saepius fiebant. Ejusmodi temporum diversorum pro diverso sensu structurae exempla apud Nostrum obvia sunt. Cf. Aemil. Paul. 2. fin. *οὔτε γὰρ λόγον ἤσκει περὶ δίκας ἀσπασμούς τε*

καὶ δεξιώσεις — παντάπασιν ἐξέλιπε et quae ibi Heldius adnotavit. Cf. Pericl. 7, 4. et fine hujus ipsius capitis: *ἀρξάμενος δὲ λέγειν ἐθορυβεῖτο, καὶ τέλος ἀναστὰς ὁ Κικέρων προςέταξεν.* —

Μάρκιον καὶ Κέθηγον) Errat Plut. in nominibus. Ut Cethegum nominaret, fefellit eum, credo, praenomen, C. Cornelius, quod habuit cum Cethego commune is, qui Ciceronem interficiendum sibi poposcerat. Sed hic noster C. Cornelius, Cethego jam mortuo, superstes erat. V. pro P. Sulla 18. Alterius nomen tacet Cicero (in Cat. I. 4;) equitem fuisse dicit; Sallustius (Cat. 28.) L. Vargunteium Senatorem. *Q. Marcius Rex* Faesulas missus est Senati decreto, ut praesidio esset reipublicae (Sall. 30.); tantum abest, ut inter conjuratos fuerit. Barton. *τὰς θύρας* sc. *τοῦ Κικέρωνος.*

ὡς ἀσπασομένους) Salutatione, deductione et assectatione tria clientum in patronos officia confici solebant. Salutandi formula ipsa fiebat verbo ave seu have, vel a Graecis verbo *χαῖρε*, quod *ἑωθινὸν πρόςρημα* vocabant. cf. Martial. epigr. I, 55, 6. Brissot. de Form. p. 721. Ruhnk. ad. Ter. Phorm. II, 1, 81. Herzog ad bell. Catil. 28.

Φουλβία) Haec Fulvia, mulier nobilis, amata erat Q. Curii, viri haud obscuro loco nati, flagitiis tamen atque facinoribus cooperti, quem censores senatu moverant. Cui mulieri quum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montesque polliceri coepit, eique conjurationem aperuit; quam illa totam, caritate patriae fortasse commota, ad Ciceronem detulit. V. Sall. 23. 28.

ὑποπτότεροι γενέσθαι) cf. Cic. orat. in Catil. I, 4. Sall. Cat. 28. fine. Templum Jovis Statoris erat initio viae sacrae, qua ad Palatium ascenditur.

Ἱδρυμένον) Sic Reiskius, Hutten., Wyttenb., Coraius, Frotscherus; Junt., Ald., Crat. *ἱδρυμένου.*

τοῦ βάθρου) Coraius minus recte conjicit *τῶν βάθρων;* quae conjectura supervacanea videtur; Plutarchus dicere non vult ab omnibus scamnis senatores surrexisse, sed ab eo uno, in quo consederat Catilina. *Τὸ βάθρον* enim non singulas sedes, sed totum scamnum vel subsellium, in quo plures erant sedes, significare videtur. cf. Tim. 35. fin. *πρός τι τῶν βάθρων δρόμῳ φερόμενος συνέῤῥηξε τὴν κεφαλήν*, impetu in subsellium quoddam illisit caput.

ἐθορυβεῖτο) obstrepuerunt dicenti audientes.

προςέταξε) Satis perfunctorie dictum. Cicero Catilinam consulari edicto ab urbe removere noluit, regiae potestatis invidiam timens. Hoc ergo in ejus consilio maxime mirabile est, quod Catilinam ejecerit, non imperio aut auctoritate consulari; sed totius

conjurationis seriem in senatu aperiendo et criminatione acerbissima insectando ita terruerit Catilinam, ut sua sponte urbem relinqueret. Barton.

δεῖν γάρ) Haec ad verbum non leguntur apud Ciceronem. Proxime accedunt ista: Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit." in Catil. I, 5. Ego L. Catilinam, caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe jussi, ut a quo legibus non poteramus, moenibus tuti esse possemus. Ad Attic. 2, 1. *ῥαβδουχίαις* pro *ῥαβδούχους*, lictores.

CAPUT XVII.

φαύλως βεβιωκέναι opponitur *τῷ καλῶς βεβιωκέναι* v. supra c. 1.

ἐξεληλαμένος τῆς βουλῆς) Anno octavo ante conjurationem Catilinariam a. u. 682. adeo Consul fuerat; sed ob infamiam, quam duobus judiciis contraxerat, e senatu motus erat a Lentulo et Gellio censoribus. Itaque praetura petenda recuperare locum in senatu voluit, eumque, impetrata praetura, recuperavit. Fuisse eum P. Lentuli principis Senatus nepotem Ciceroni credimus. Catil. III, 5.

στρατηγῶν τὸ δεύτερον) Iterum praetor. Hinc illa in Crisp. Sallustum, qui a censoribus senatu motus fuit, et quaesturam iterum gerebat, acerbissime dicta: Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, Crispe Sallusti, tantidem putas esse bis senatorem, et bis quaestorem fieri, quanti bis consularem (seu consulem) et bis trumphalem. — Declam. in Sall. Barton. V. Dionem Cass. 37, 30. *καὶ ὁ Λεντοῦλος ὁ Πούπλιος, ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν, ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσὼν, ἐστρατήγει γὰρ, ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ.* 42, 52. Flor. 4, 1.

ἐξ ὑπαρχῆς) denuo, de integro. Tim. 23. Flam. 9. Cam. 33. Rom. 19. vid. supra c. 9. fine.

λέγεται) vid. supra c. 4.

κατα Σύλλαν) *κατὰ* cum Accus. quod alioquin ad locum tempusque universe significandum usurpatur, hic ut *περὶ* (c. 13. 14.) Genitivo circumscribendo inservit.

τὴν κνήμην) Turneb. Adv. 7, 4. explicat *suram pila feriendam praebere.* Huc fortasse Persius alludit Sat. 5. Caedimus, inque vicem praebemus crura sagittis. Porro vanum est hoc Plut. commentum de surae cognomine, ut recte notat Pighius ad a. u. c. 333. siquidem antiquum valde cognomen illud esse constat, et inter Lentulos familiare Livii libro 22, 31. qui P. Suram appellat legatum M. Aemilii Praetoris in Secilia a. u. c. 536. Barton.

πάνυ εἰώθασιν) Sic mea sententia Frotscherus recte dedit pro vulg. *εἰώθεισαν*, ut temporum ratio constet, quae alioquin turbatur. Reiskius pro *πάνυ* de suo dedit *ποιεῖν*. Schaeferus omittit *τὸ πάνυ* et *ποιεῖν*.

τοῦτον ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον, κεκινημένον ὑ. κ. De conjunctione participiorum sine particula v. Held. Timol. c. 9. p. 355. Matth. Gr. Gr. §. 556, 3. p. 1099.

γόητες) γόης, incantator, praestigiator, qui praestigiis aliisve malis artibus imponit, quivis interdum impostor, a verbo *γοάω*, gemo, defleo, deploro, ejulo, quia carmina incantationum voce querula et ejulante pronunciabantur. v. Lobeck. Aglaoph. Ruhnk. Tim. p. 73. Sturz. Emped. p. 36.

προδηλοῦντας) redit ad *χρησμούς* — recitantes nescio quae carmina et oracula ementita et supposititia tamquam e libris Sibyllinis hausta, quae oracula futurum praedicerent, aut portenderent, esse, ut tres Cornelii fataliter summi fierent Romanarum rerum arbitri. Reiskius.

μέλλοντα) βραδύνοντα. Coraius.

ὥσπερ Κατιλίνας) sc. *διέφθειρε μέλλων*, i. e. *διὰ τῆς μελλήσεως.* Reiskius.

CAPUT XVIII.

οὖν) vid. supr. c. 5. init.

ἐδέδοκτο visum erat ei, constituerat, decreverat.

μικρὸν) Bodl. 3. *καλόν.* Idem habet Vulc. cum alia praeterea lectione *κακὸν*, e Junt. desumta, et, ut Reiskio videtur, inde orta, quod in quibusdam codicibus legere-

tur *φαῦλον*, quod, ut alias *μικρὸν* et *εὐτελὲς*, ita rursus alias *κακὸν* significare potest. Vulg. lect. a recentioribus editoribus, quos inspexi, omnibus recte retinetur.

τὴν πόλιν δ' αὐτὴν) de particula *δὲ*, omissa praecedente *μὲν*, vid. sup. c. 6. init.

ἤδη γὰρ — βέβαιος) Frequens jam enim rumor et constans advolabat.

τῶν Κρονιάδων) Saturnalia die XIV. a. Cal. Jan. initium habuere, et tum tres, postea quinque dies durabant. Illud festum in Saturni (*Κρόνου*) honorem maxima laetitia, conviviis agitandis, muneribus invicem mittendis celebrabatur. Omnis civitas feriata publico edicto conferre se in montem Aventinum ac rusticari quodammodo solebat. Tum servis quoque ut cum dominis luderent et jocarentur concedebatur; iisque ad mensam accumbentibus domini ministrabant, ut aurea aetas repraesentaretur, qua omnes homines ejusdem conditionis fuerunt. v. Sen. ep. 18. Horat. Serm. II, 7, 4. Auson. de feriis Rom. v. 16. Itaque conjurati eo tempore optime consilia sua se exsequi posse putabant.

ἄνδρας ἑκατὸν καὶ μέρη τοσαῦτα) Sallustius paulo aliter, et quidem aliquanto verisimilius: Statilius et Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent. Bell. Cat. 23. Idem Appianus B. C. II, 3. tradit. Cicero pro Sulla c. 19. et in Cat. 3, 6. Cassium nominat, qui sibi procurationem incendendae urbis poposcerat. V. Herzog. ad Sall. B. C. 43. p. 220.

ἔτυχον ἐπιδημοῦντες) vide Matthiae Gr. Gr. p. 1085.

ἔθνους — βαρυνομένου τὴν ἡγεμονίαν) Horat. Epod. 16. Novisque rebus infidelis Allobrox. Allobroges erant gens Gallica, et circa Rhodanum usque ad lacum Lemanum (hodie Genfersee) habitabant. Urbs primaria eorum erat Geneva seu Colonia Allobrogum. *πονηρὰ πράττειν*, male se habere, quemadmodum *εὖ πράττειν*, bene rem agere, *ταπεινὰ πράττειν*, mala conditione esse. *Ἐμὲ οὕτω πράττουσαν.* Vit. Anton. 83. me in hoc statu (misero).

οἱ περὶ Λέντλον) vid. Matth. Gr. Gr. §. 583. c. 2. p. 1160.

τινὰ Κροτωνιάτην) Sallust. c. 44. eum Titum Vulturcium Crotoniensem nominat. Croto, Croton, Crotona, in Tab. Peuting. Crontona (hodie Cotrone), colonia Graecorum, a. u. 41. condita, quo a. u. 559. Romana colonia deducta est, in Bruttiis prope mare Jonicum Pythagora ejusque discipulis inclyta. Urbs saluberrima habebatur; hinc proverbium: *Κρότωνος ὑγιέστερος*: cf. Tzschukke ad Pompon. Mel. 2, 4, 8. v. Herzog ad Sall. Cat. 44. p. 223.

πόνῳ καὶ λογισμῷ νήφοντι καὶ συνέσει) Aut ante, aut post hanc vocem (*πόνῳ*) vi-

detur *συνεχεῖ*, aut tale quid deesse, ne scilicet huic vocabulo suum desit epitheton, duobas appositis, *λογισμῷ* et *συνέσει*, sua habentibus epitheta congrua. Reiskius. Et Amyotus aliquid desiderare videtur, vertens: avec grande solicitude, idem Kaltwasserus, interpretans: durch unermüdete Sorgfalt.

διώκειν, persequi, investigare aliquid.

ἔξωθεν sc. *τῆς συνωμοσίας*.

συνεξιχνεύοντας αὑτῷ) sic bene Frotscherus pro vulg. in omnibus impressis *αὐτῷ*, redit enim ad subjectum Cic.

πιστεύων) Reiskius quaerit, num sit verbum graecum *πυστεύειν* pro *πυνθάνεσθαι*; ut *πυστεύων* pro vulg. *πιστεύων* ponatur? Nihil cum Coraio mutandum censuerim, praesertim, quum verbum *πυστεύειν* omni graecitatis auctoritate careat, et lectio vulg. bonum sensum fundat: cum multis quoque, qui participes esse videbantur conjurationis, secreta colloquia quum haberet, quibus fideret, cognovit Cicero etc.

ἐνεδρεύσας) Rem totam legatorum Allobrogum Cicero ipse fusius narrat in orat. in Cat. 3, c. 2—6. Praetores enim L. Flaccus et C. Pomtinus cum armatis ad pontem Milvium occulte pervenerunt, eoque Allobroges cum Vulturcio quum venissent, intercepti ipsi literaeque integris signis praetoribus traditae sunt.

συνεργούντων ἀδήλως τῶν Ἀλλοβρίγων (scribitur et *Ἀλλοβρύγων* et *Ἀλλοβρόγων*) Vulgo ap. Henr. Steph., Frob., Xyl. additur *ἀλλήλοις* ante *ἀδήλως*. Bartonus prorsus quidem assentitur Bryano dicenti: Videtur haec vox in textum irrepsisse ex quibusdam Codd., in quibus prave pro *ἀδήλως*, quod sequitur, scripta fuerit. Idem etsi judicat Wyttenbach., tamen servat *ἀλλήλοις*. Eodem teste utraque vox *ἀλλήλοις ἀδήλως* in Cod. Vaticano abest. Reiskius, Huttenius, Coraius, Schaeferus et Frotscherus priorem recte omiserunt.

CAPUT XIX.

Ἅμα δ' ἡμέρᾳ prima luce, ubi primum illuxit. Hinc usque ad verba *τέλος δὲ* Plutarchus de variis rationibus agit, quibus Cicero conjuratorum consilia comperit, primum epistolis recitandis, tum indicibus interrogandis, deinde Junio Silano de voce quadam Cethegi referente, postea Pisone eandem rem cum aliis confirmante, insuper C. Sulpicio ex Cethegi aedibus delicti corpora, arma telaque plurima, proferente, et denique Vulturcio, fide data, omnia patefaciente: quae singula conjurationis indicia et documenta particula *δὲ* repetita inter se connectuntur. Cf. Caes. 9. *Φρύγες μὲν* — *Ῥωμαῖοι δὲ* — *Ἕλληνες δὲ* — Vit. Anton 80. *ἀναστῆναι, κελεύσας, ἔφη, πάσας αἰτίας τὸν δῆμον ἀφιέναι, πρῶτον μὲν διὰ τὸν κτίστην Ἀλέξανδρον, δεύτερον δὲ,* — *τρίτον δὲ,* — Dio Chrysost. Orat. XII. *ἔνθα δ' ὁρᾷς πανταχοῦ μὲν ξίφη, πανταχοῦ δὲ θώρακας, πανταχοῦ δὲ δόρατα, πάντα δὲ ἵππων, πάντα δὲ ὅπλων, πάντα δὲ ὡπλισμένων ἀνδρῶν μεστά.* Cf. Viger. de Idiotism. p. 535.

εἰς τὸ τῆς Ὁμονοίας ἱερόν) in templum Concordiae a Dictatore Furio Camillo conditum, ubi ad collem Capitolinum ascenditur, unde vis conjuratorum facilius depelli poterat. V. Cic. Philipp. 7, 8. pro Sext. 12. Sallust. Cat. 46. ibique, quod adnotavit Herzogius, et 49. Cf. Plut. Camill. 42. *ἐψηφίσαντο* (sc. *ἡ Βουλὴ*) *τῆς μὲν Ὁμονοίας ἱερόν, ὥςπερ ηὔξατο ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον,* — *ἱδρύσασθαι.* Cf. Sachse Beschreibung der Stadt Rom, p. 153. und Adlers Beschreibung der Stadt Rom. p. 256. Discordia civium antecedens plerumque causa fuit Concordiae templum vovendi et aedificandi. Erant autem plura hujus Deae templa.

ἐξανέγνω) de scripto recitabat. v. infra, c. 27. Reiskius.

Τῶν μενυτῶν διήκουσεν) V. supra c. 4. init.

Σιλανὸς Ἰούνιος) D. Junius Silauus (alii Sillanus scribunt) eo tempore consul designatus erat, postea in senatu sententiam primus interrogatus de conjuratis supplicium sumendum decrevit; isque postea, permotus oratione C. Caesaris, pedibus in sententiam Tib. Neronis iturum se dixit. V. Sallust. Cat. 50.

ὕπατοί τε τρεῖς) sc. duo consules illius anni et ex designatis in annum posterum alter.

ἀνὴρ ὑπατικὸς vir consularis.

εἰςήγγειλε ex emendatione Coraii, cui et Frotscherus adstipulatur pro vulgari *εἰςήγγελε*, quam Xyl., Reiskius, Huttenius et alii habent.

Γάϊος Σουλπίκιος) Cic. in Cat. 3, 3.: „C. Sulpicium, praetorem, fortem virum, misi, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit."

Κροτωνιάτῃ) Vulturcio. V. C. XVII.

Λέντλος) v. c. XVII. init.

διήλλαξεν ἐσθῆτα) togam sordidam seu pullam sumsit, qua indutos Romani sordidatos appellant.

οὗτος) Bodl. 3. *οὕτω*. Junt. *οὕτως*. Nostram lectionem verba sequentia: *καὶ οἱ σὺν αὐτῷ* confirmant.

ἄδεσμος φυλακή, custodia libera.

φράσας τὸ πρᾶγμα τοῖς πολίταις, quae acta essent, exposuit populo tertia in Catilinam habita oratione.

ὀργιάζουσαι θεόν) *ὀργίοις τιμῶσαι θεόν*. Coraius. Verbum *ὀργιάζειν* construitur cum Dat. et Acc., ut Budaeus ostendit. Cf. Passow. Lex. v. Num. 8. *ἃς (θυσίας ὁ Νούμας) αὐτὸς ὠργίασε καὶ κατέστησεν.*

Ἀγαθὴν — Γυναικείαν) De Bona Dea plenius Plutarchus in Caes. c. 9. *Φρύγες μὲν οἰκειούμενοι, Μίδα μητέρα τοῦ βασιλέως γενέσθαι φασί, Ῥωμαῖοι δὲ νύμφην Δρυάδα, Φαύνῳ συνοικήσασαν, Ἕλληνες δὲ τῶν Διονύσου μητέρων τὴν ἄῤῥητον. ὅθεν ἀμπελίνοις τε τὰς σκηνὰς κλήμασιν ἑορτάζουσαι κατερέφουσι, καὶ δράκων ἱερὸς παρακαθίδρυται τῇ θεῷ κατὰ τὸν μῦθον. ἄνδρα δὲ προςελθεῖν οὐ θέμις, οὐδ' ἐπὶ τῆς οἰκίας γενέσθαι, τῶν ἱερῶν ὀργιαζομένων. αὐταὶ δὲ καθ' ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες πολλὰ τοῖς Ὀρφικοῖς ὁμολογοῦντα δρᾶν λέγονται περὶ τὴν ἱερουργίαν.* V. Juvenal. Satyr. 6. v. 315. Barton.

τοῦ ὑπάτου) aut etiam praetoris, testibus Plutarcho in Caes. c. 9. et Dione l. 37. pag. 50. Barton.

εἰσελθών) in hanc amici domum, non suam. Reiskius.

δι' ἐπιείκειαν) miti ingenio inductus.

ὡς μὴ δοκοίη τῆς ἐξουσίας ἐμφορεῖσθαι) Huttenius vitiose exhibuit *ἐμφερεῖσθαι*. *Ἐμφορεῖσθαι* est repleri, satiari, tum metaphorice, ut h. l., insolenter et immodice uti, abuti. Cf. Sertor. 5. *τῶν περὶ τον Κίνναν καὶ Μάριον ἐμφορουμένων ὕβρεώς τε καὶ πικρίας*, quum Cinna et Marius nullum non exemplum insolentiae et crudelitatis ederent. Hujus ergo nostri loci sensus est: Extremum supplicium in conjuratos exhibere verebatur Cicero, cum miti suo inductus ingenio, tum ne potestate sua nimis abuti videretur.

οὐκ ἀγαπήσειν) non fore contentos, nisi multatos: Mortui enim non mordent. De structura cf. Matth. Gr. Gr. §. 550. c. Cf. v. Num. 14. fin. Anton. 82. med.

δόξειν) Reiskius subaudiendum esse observat praecedens *ὠῤῥώδει*. Junt., Ald., Crat. *δόξῃ*; Bodl. 3. *δόξει*. Steph., Xyl., Reiskius, Huttenius, Wyttenb., Coraius, Schaeferus, Frotscherus recte legunt *δόξειν*.

CAPUT XX.

ἐκ τέφρας — φλόγα — ἀνῆκε) Laetum omen. Vid. Sueton. in Tiber. 14. Per Macedoniam ducente (Tiberio) exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte subitis collucerent ignibus. V. Virg. ecl. 8, 105.

Adspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. Bonum sit!

Servius in hunc locum meminit hujus Terentiae sacrificii et Ciceronem prodigii testem citat in carmine de suo consulatu. Inter opera Ciceronis, quae exstant, nullum hujus rei vestigium est. Barton. Ostenti hujus mentio est quoque in Dionis historia l. 37. Middleton tom. l. p. 257. Ciceronem ipsum ostentum illud per Terentiam uxorem, ejusque sororem Fabiam, virginem Vestalem, effecisse putat, quae, quum sacra pararet, prodigium ejusmodi, sine ulla suspicione, facile conficere potuerit. Cicero enim non ignorabat, quanti ejusmodi prodigia plebs faceret, suaque ipsius plurimum intererat, metum periculi in immensum augeri, ut scilicet consilium suum scelestos istos homines supplicio afficiendi populo comprobaretur.

ᾗ τάχος quasi esset *ᾗ (ὡς, ὅτι) τάχιστα, ὅσον τάχος*, quam celerrime; *ᾗ* enim alioquin tantum superlativo, quo intenderetur, additur, hic substantivo, quod positivo respondet. Non raro autem *ὡς, ὅτι, ᾗ, ὅσον, οἷον* cum positivo, emphatice posito, conjuncta idem significant, quod cum superlativo composita. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 461. Adn. Viger. ed. Herm. 563. etc. Hemsterh. ad Lucian. T. 3. p. 366.

πρᾳεῖά τις, *lenis quodammodo*. cf. Matth. Gr. Gr. §. 487, 4. Viger. ed. Herm. p. 149. 150.

ὡς αὐτός φησιν ὁ Κικ.) A nemine observatus est in operibus Ciceronis, quae supersunt, locus ille. Moses Solanus.

οἰκιακῶν) Sic Frotscherus legit, Coraium secutus, cujus haec sunt verba: *οἰκιακὰ μὲν γάρ εἰσι τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἢ τὰ τῆς οἰκίας οἷόν ἐστι τὸ „Ἐχθροὶ τȢ ἀνδρὸς οἱ οἰκιακοὶ αὐτȢ“ (Ματθ. ί.* 36.) *τȢτέστιν, οἱ ὄντες ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτȢ, οἱ σύνοικοι· οἰκειακὰ*

δ᾽ἂν λέγοιτο, εἴ γε ὅλως καὶ λέγεται, τὰ τῶν οἰκείων. Et Passovius formam *οἰκειακὸς* ut valde dubiam notat.

ἀπὸ φιλοσοφίας ἑταίρων) ob philosophiam, a communione philosophicorum studiorum. *Ἀπὸ* in his aliisque formulis significat studium, assectationem quandam, ut *οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἀπὸ τοῦ λόγου, ἀπὸ τῆς σκηνῆς*, Platonici, Academici, eloquentiae, artis scenicae studiosi. Plerumque de philosophorum asseclis, quemadmodum et praepos. *ἀμφὶ* usurpatur. vid. Schaefer. Melet. 27, 93. *οἱ ἀπὸ τῆς βουλῆς*, qui senatus partes sequuntur. Matth. Gr. Gr. 1128. Mavult tamen Reiskius *ἀπὸ φιλολογίας*, sine causa.

Νιγίδιος, ᾧ τὰ πλεῖστα — παρὰ τὰς πολιτ.) Publius Nigidius Figulus, juxta M. Varronem Romanorum doctissimus, rem publicam quoque attigit, et hoc ipso anno senator erat. v. Dion. Hist. l. 45. pag. 470. Eum Cicero, ut ait Gellius, ingenii doctrinaeque nomine summe reveritus est, quod ipse fatetur in Timaeo. Sed revera partium in republica societas et voluntatum consensio eum maxime Ciceroni devinxit, quod Plutarchus et hic testatur, et iterum in *πολιτ. παραγγελ.* p. 797. D. *Κικέρων δὲ αὐτὸς ὡμολόγει τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων, οἷς ὀρθῶς ἐνυπατεύων τὴν πατρίδα διέσωζε, μετὰ Ποπλίου Νιγιδίου, τοῦ φιλοσόφου, συνθεῖναι.*

Cicero ad eum scribens duo tempora nominat, quibus usus fuisset Nigidii opera et auxilio, consulatum nempe suum et exilium: — quorum benevolentiam nobis conciliarat per me quondam, *te socio*, defensa respublica. — Tuorum tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo. Ep. Fam. 4, 13. Bello civili Pompeji partes secutus obiit in exsilio a. u. c. 709. Euseb. Chronic. Barton.

παρὰ τὰς πολιτικὰς) Reiskius quaerit, num *πρὸς* sit legendum? cum quo in notis et Coraius consentit. Sed recte se habet *παρά*, atque hoc significat, quamdiu ipse rempublicam administrabat.

ὁ πρῶτος ἐρωτηθεὶς γνώμην Σιλανὸς εἶπε τὴν ἐσχάτην δίκην δοῦναι προςήκειν) primus sententiam rogatus Silanus de iis ultimam poenam esse sumendam dixit. *Ἐσχάτη δίκη* ultima poena per euphemismum supplicium, ut infra c. 22. pari modo *ἔζησαν* pro *ἀπέθανον*, etsi statim capite insequenti medio Silanus ipse, ut sententiam interpretatione leniret, quia mutare turpe erat, *ἐσχάτην δίκην* per *δεσμωτήριον* explicat.

Δίκην δοῦναι) est *poenam dare*, *δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν* *jus reddere et accipere.*

πάντες — μέχρι — Καίσαρος) Sed ante Caesarem leniorem sententiam dixit Tib. Nero, si Sallustio Bell. Cat. 49. et Appiano de Bell. civ. 2, 2. fine credendum. Cum

Plutarcho faciunt Suetonius et Dio, eorumque auctoritas firmatur potissimum ipsius Ciceronis testimoniis in IV. orat. in Cat. 4. et ad Attic. 12, 21. Barton.

ἤδη τῷ Κικέρωνι — ὑποψίας) Sic Plutarchus in Caesare c 4. *ὁ γ᾽οὖν πρῶτος ὑπιδέσθαι δοκῶν αὐτοῦ, καὶ φοβηθῆναι τῆς πολιτείας, ὥςπερ θαλάττης, τὰ διαγελῶντα, καὶ τὴν ἐν τῷ φιλανθρώπῳ καὶ ἱλαρῷ κεκρυμμένην δεινότητα τοῦ ἤθους καταμαθὼν ὁ Κικέρων κ. τ. λ.* et Suetonius in Julio c. 9. — Cicero, in quodam ad Axium epistola, referens, Caesarem in consulatu confirmasse regnum, de quo Aedilis cogitarat. Barton.

εἰς ἐκείνην τὴν ὁδὸν ἐμβεβηκώς) Sic v. Thesei 26. med. *ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον*, ubi vero *εἰς* in ed. Juntina deest.

ἐκεῖνοι) Caesaris scilicet amici. Latius haec verba verti posse, Bartonus monet, et legendum suspicatur *ἐκείνοις γένοιτο προςθήκη Καῖσαρ σωτηρίας, ἢ Καίσαρι ἐκεῖνοι κολάσεως*, quod et Xyl. legisse videtur, vertens: potius fore, ut conjurati propter Caesarem salute donarentur, quam is propter eos supplicio afficeretur. Kaltwasserus vertit: denn es sei Jedem einleuchtend gewesen, dass jene eher zur Rettung Caesars, als Caesar durch seine Theilnehmung zur Bestrafung der Verschwornen beförderlich seyn würden. Cui et assentit interpres Gallicus, vertens: il seroit plus tost cause de leur faire sauver la vie à eulx, que eulx de la faire perdre à luy. Nihil vulgatae lectionis mutandum recte censet Coraius, explicans vulg.: *Μᾶλλον ἂν οἱ συνωμόται συσσωθεῖεν Καίσαρι σωθέντι διὰ τοὺς φίλους, ἢ κολασθέντι συγκολασθεῖεν.* i. e. potius fortasse conjurati una cum Caesare servato per amicos servati essent, quam una cum punito puniti. Sed melius extremam partem ita exprimere potuit: *ἢ τοῖς κολασθεῖσι συνωμόταις συγκολασθείη ὁ Καῖσαρ.*

CAPUT XXI.

Ἐπεὶ δ᾽οὖν) v. supra cap. 5, 17. et infra cap. 35. refertur ad *μέχρι Γαΐου Καίσαρος* cap. sup.

εἰς πόλεις τῆς Ἰταλίας, ἃς pro *εἰς ἃς* cf. supra c. **6.** *καθάπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν πόλιν ἐμπεσὼν κ. τ. λ.*

ἄχρις ἂν οὗ) Imo in perpetuum, ut e Sallustio notavit Rualdus. Est autem, ut hic animadvertit, Plutarchi vel ejus auctoris, unde ipse habet, hallucinatio, quae et Appianum in erroris communionem traxit, utroque existimante, placuisse Caesari, non ad perpetuam custodiam damnandos conjuratos, sed solum habendos in vinculis, donec, victo Catilina, de ipsis maturius cognosceretur. Vid. Appian. de Bell. civ. II. 6: *προςετίθει διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν, αἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ, μέχρι Κατιλίνα καταπολεμηθέντος ἐς δικαστήριον ὑπαχθῶσι, καὶ μηδὲν ἀνήκεστον ἐς ἄνδρας ἐπιφανεῖς ᾖ, πρὸ λόγου καὶ δίκης ἐξειργασμένης.* Contra Sallustius, qui judicio vel interfuit, vel interesse potuit, eamque totam historiam eloquenter juxta et accurate ac verissime perscripsit, conjuratos sententia Caesaris in aeterna vincula damnatos testatur. Cat. Conj. **51.** ***Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinae? Minime. Sed ita censeo: Publicandas eorum pecunias ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent: neu quis de his postea ad Senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rempublicam et salutem omnium acturum.*** Suffragatur Dio Cassius lib. 37. a. u. c. 691. et Sueton. in Julio **14.** Addatur Cic. ipse IV. orat. in Cat. 5. „homo mitissimus — non dubitat P. Lentulum AETERNIS tenebris vinculisque mandare: et sancit in posterum, ne quis hujus supplicio levando se jactare, et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit.“

ῥοπὴν ὁ Κικέρων προςέθηκεν οὐ μικρὰν) vid. supra c. 5. fine. *ἐνεχείρησεν εἰς ἑκάτερον* sc. *μέρος λέγειν*, in utramque partem disputare coepit. Coraius suspicatur pro *ἐνεχείρησεν* legendum esse *ἐπεχείρησεν*, locum Diogenis Laertii IV. §. 28. laudans: „*πρῶτος δὲ καὶ εἰς ἑκάτερον ἐπεχείρησε.*“ Exstat oratio, de qua Plutarchus agit, in Catilinam quarta. Ejus artificium mirabile Noster non satis perspexit; quippe in ea Cicero ita disputat in utramque partem, ut in Silani sententiam non obscure propendeat.

Sed ne justo longius evehi dataque praefandi licentia abuti videamur, commentandi finem faciamus. Restat enim, ut Vos, Proceres huius urbis, discipulorum nostrorum parentes ac tutores omnesque literarum amantes ea, qua par est, observantia rogemus, ut actus solennes supra indictos praesentia Vestra frequenti et honorifica condecorare velitis.